Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Clauditur nos omnipotens et misericors deus, et continentie salutari propicius nobis dona concede. Feria Quarta.

Presta nobis quesumus domine, ut salutaribus ieiunijs eruditi, a noxijs quoque vicijs abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Feria Quinta.

Concede quesumus omnipotens deus, ut ieiunium nobis sancta devocio, et purificationem tribuat et maiestati tue reddat acceptos. Feria Sexta.

Ieiunia nostra quesumus domine benigno fauore prosequere, ut sicut ab alimentis abstinemus in corpore, ita a vicijs ieiunemus in mente. Sabbato.

Presta quesumus omnipotens deus, ut qui se affligendo carne ab alimentis abstinent sectando iustitiam a culpa ieiunent. Concede quesumus Dominica 4ta. omnipotens deus, ut qui ex merito nostre actionis affliguntur, tue gratie consolatione respiremus. Feria Secda.

Presta quesumus omnipotens deus, ut observationes sacras annua de